

VERS. 25. — *At ubi venti fides...*, sicut cum ad-
venit paeceptor, discedit paedagogus; sicut orto sole
inutilis est lucerna, ita ubi magister ac paeceptor
adfuit Christus, cessavit paedagogia legis, omnisque
ipsius autoritas.

Observationes dogmaticae et morales.

Ex dictis in superiori versiculo, collige primum quod fides in Christum, seu Christianismus fuerit omnium seculorum. Christus ante ipsum adventum, sicut et post, fuit et est unicus fons salutis; nulla fuit unquam salus nisi per fidem in ipsum, seu venturam, seu jam incarnatum: *Nec enim aliud nomen est sub celo datum...* Christus promissus et venturus continebat apud ascensionem a Iudeo, ut justificaretur. Christus incarnatus, crucifixus ac pro nobis mortuus, perpetuo est ascendens a Christiano; et per ipsius merita semper querenda et invocanda Dei misericordia, ut salvemur. Iudeus, legis transgressor, si sua conscientia infirmata, humiliatur, legemque sibi non sufficere sentiens, misericordiam mediatrix invocare, misericordiam consequebatur. Christianus peccator, si humilietur, si se peccatorem humilius agnoscat, si suam sentientem impotentiam; Salvatoris auxilium imploret, si in ipsum sperans, ad Sacramenta, Salvatoris fontes, recurrit, in his fontibus haeret aquas salutis.

ubi obiter nota quoddam sicut superbia est initium omnis peccati, ita humilitas omnis boni: ad eum necessaria est homini lapso humiliatio, ut Deus permittat omnium malorum maximum, scilicet peccatum, ut humilietur peccator, et humiliatus ad Redemptorem recessit et salutem consequatur; id patet in jani dictis de Iudeo et Christiano. Et quia fides, seu Christianismus omnium fuit seculorum, hinc agnosco mirabilem ilam veterem et novi Testamenti convenientiam, ut unum ducat ad alterum. Primum fuit quasi religiose pueritia, secundum ejusdem religionis actas adulta, seu perfectio. Primum quasi cortex et velamen secundi; secundum autem primi explicatio. Hinc unum in altero aspicendum. Vetus legendum per respectum ad Christum, ad quem quasi manu duebat; novum in vetere aspicendum, sicut in umbrâ, seu in picturâ precedente.

At benedictus in aeternum Deus, qui nobis meliora quam Iudeus providens, non in religiosis pueritâ, nos sed in ejus aetate adulta, seu statu perfecto, nos

VERS. 25. — *At ubi venit fides...*, etc., hoc est, sub lege, que paedagogi erga nos gerebat officium. Postea quam ad Christum introducti sumus per fidem, cessat paedagogia legis.

VERS. 26. — *Omnes enim*, sive Iudei, qui fuisti sub lege, quasi paedagogi, sive gentiles, qui hoc paedagogio caruisti, hoc ipso, qui credidisti per fidem Christi, *fili Dei* estis; q. d.: Christus quasi pater nos quasi filios adulos regit et protegit; quid ergo ad legem et Moysen quasi paedagogum recurrunt? *Omnes enim* *fili Dei* per fidem, non solam, sed baptismum et alias fidei actibus declaratum et probatum.

VERS. 27. — *Quicunque enim in Christo, etc.*, id est, exuto vetere nomine, velut transformati estis in Christum, novum hominem. Cum igitur sitis tam intime Christo coniuncti per fidem, ac fidei sacramentum,

nasci, seu potius renasci voluit. Hanc gratiam agnoscamus, nostramque de illa gratitudinem testemus, majori fide, ardentiore charitate, obedientiâ universaliore. Justitia nostra sit abundantior scribarum et Pharisaeorum, iuxta Christi Domini monitum; Matth. 5, 20.

VERS. 26. — *OMNES ENIM FILII DEI ESTIS...* Dat rationem, cur non simus amplius sub paedagogi, quia scilicet, per fidem in Jesus Christum, facti sumus filii Dei, et quidem adulti; seu, ut ait Ambrosius, de minoribus maiores facti. Pape! quanta fidelis vis! et quomodo eam progressu sermonis spirari! prius enim ostendit, v. 7, quod fides rediret filios patriarche, nunc vero demonstrat eosdem esse filios Dei, D. Chrysostomus.

VERS. 27. — *QUICUNQUE ENIM IN CHRISTO BAPTIZATI ESTIS, CHRISTUM INDUSTIS.* Explicit modum, quo filii Dei facti sumus, ministrum per baptismum.

Christus est Filius Dei; per baptismum induitus Christum Deum Filium; ergo in Christo et per Christum, estis filii Dei.

Observatio moralis.

Ad hunc honorem attende, ô frater Christiane! per baptismum Christum Filium Dei induit; unum quid cum Christo factus es. Christus fuit in te quasi reproduxit et multiplicatus; seu, ut ait D. Chrysostomus, in Christum per similitudinem transformatus es, factus es quodammodo quod ipse est; et natura Filius est Dei, tu gratia filius Dei; et quippe gratia, ait D. Augustinus, homo fit Christianus, quia homo factus est Christus. Christum Filium Dei induimus, ipsi assimilati sumus; ad unum cum eo cognitionem, unamque ideam perducit sumus, gratia facti quod ille est natura, Theophylactus. Christum induimus, sicut liguum induit ignem, ait D. Thomas. Tanta gratia memoria, vive ut filius Dei, vive ut Christus ipse. Interius vive, sicut Christus vivit: *Quae placia sunt ei facio semper. Meus cibus est ut faciam voluntatem Patriis...* aiebat Christus. Et hec fuit Christi vita regula; eadem sit et tua; ideo ne docuit orare: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.* Exterius vive ut Christus, quem induisti; vestis tua sit Christus; solus ergo Christus in te videatur, sicut in homine vestito sola vestis videtur. Videatur in te Christi humilitas, modestia, mansuetudo, patientia, etc.

VERS. 28. — *NON EST JUDAS...* OMNES ENIM VOS utique legis obsequio jam opus non habetis, ut adducamini ad Christum. Nota efficaciam baptismi, quod non tantum gratiam et dona, sed et ipsum Christum nos induat, ut ait Apostolus, eoque nos vestiat et ornati.

VERS. 28. — *Non est Iudeus, neque Graecus, supple in Christo*, id est, in Christianismo, ait Hieronymus. In baptismio, et fidei Dei jam dictâ, nulla apud Deum est differentia generis, conditionis, aut sexus; sed omnes, sive Judei, sive Graci, sive masculi, sive feminae, unum sunt corpus mysticum, scilicet Ecclesia, cuius caput est Christus.

Non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unus eritis in Christo Jesu. Q. d.: Est omnes tanquam unus, id est, prorsus indiscreti, in negotio salutis per Christum; perinde atque

UNUM... Grec., unus es. Syr., vos omnes unus, etc. Omnes unus es in Christo Jesu, hoc est, cameni formam, eundem typum habetis omnes, videlicet Christi, Chrysostomus. Quid his verbis magis stupendum aut reverendum? Qui prius erat Eliensis, Iudeus, servus, etc., nun formam gestat, non angeli, neque archangeli, sed universorum Domini; in sese Christum representat, idem Chrysostomus.

Observatio moralis.

Hinc discat Christians nobilitatem suam; unum est cum Christo; filius Dei est, quis Christus Dei Filium induit in baptismio. Hinc discant magnates, aut quicunque natalitatis, aut dignitatis, à ceteris distincti sunt, discant, inquit, quod in Christo sunt unus, seu unus cum ceteris fideliibus. Coram Deo non srt SERVUS, NEQUE LIBER..., sed omnes unus sunt in Christo Jesu. Itaque nec superbiant, ne alios despiciant. Hinc et omnes discant et recordentur se eorum Deo nihil esse, nisi quod sunt in Christo Jesu, seu secundum gratiam Christi Jesu.

Aud papa non est acceptio personarum, non enim personam domini, aut servi, attendit in Christiano, sed personam Christi attendit in singulis et omnibus; ita ut unusquisque fidelis illi sit eo gratior quod fidelis hereditatem Adore te, benedico te, gratias ago tibi aeternas proper hanc maximam misericordiam tuam.

Si omnes eiusdem generis, conditionis et sexus es-
tis.

VERS. 29. — *Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis.* Nee debet vobis, inquit, dignitas Iudea geniti, que se jactat esse semen Abraham, 2 Cor. 11. Nam si vos Christi estis, id est, Christo incorporati; et membra ejus effici per fidem et baptismum; Christus autem est verum illud ac singulare semen Abrahami promissum; ergo et vos semen ac filii Abraham estis,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1^a Nota quod mors Christi, quia anime nostre vita, numquam sit oblivione danda, sed oculis fidei praesens in mente et corde servare habenda. Vide v. 1. Propterea nobis ubique, in templis, in locis publicis et privatis, proponitur imago Jesu Christi, pro nobis crucifixi, ut ab eo, quasi publice fonte vite, vitam hauriamus fide, spe, et charitate, ibidem, v. 1. Harum igitur virtutum actus sint ad animae nostrae vitam continentia, et idem quam desiderandus, et quam solliciti custodiendus, v. 9. Salus et vita semper fuit à fide. Quare v. 2. Semper fuit à fide in Jesus Christum. Quare? Vide ibidem, v. 12. Hinc sequelas vide ibidem. Ab exemplo autem Abraham, fiduciam patriarche, disce que et qualis sit fides sanitaria. Vide v. 9 et 18.

3^a Mirare divinam ineffabilis mysterii dispositio-

1. Dico autem: Quanto tempore haeres parvius

tum itaque nostrum stadium sit Christum in nobis gerere interius, et exterioris exhibere. Hoc unicum sit votum nostrum. Christe, Fili Dei vivi, miserere mei! Jesu, character Patris, splendor glorie, expressa paterna substantia et persona imago, sic te per gratiam tuam cordi meo imprime, ut tua et Patris tui fama imago; te et seipsum videat in me, misere ob te et ob tuam imaginem miserere in aeternum.

VERS. 29. — *Si autem vos Christi...* Christus est semen; seu filius Abraham, beneficium gentium continens, seu per quem omnes beneficiende gentes. Nos sumus Christi, unum cum illo corpus, illius membra; in eo transformati sumus, illumine indutus; ergo omnium ipsius iurum et beneficiorum participes, et in illo benedicti. Sicut Christus, Dei Filius est, et Abraham filius, ita Christians Christum induit et unum quid factus cum Christo, Dei filius est, et filius Abraham, et consequenter haeres Dei, haeres hereditatis a Deo promissae Abraham et eius semini, coheres Christi, et at est Abraham filius, et ut est Dei filius. O Deus misericors! sis in aeternam haereditatem. Adore te, benedico te, gratias ago tibi aeternas proper hanc maximam misericordiam tuam.

non solum fidei imitatione, verum etiam incorporatione iure; ut quod Christo capiti convenit, toti eius corpori Ecclesie tribuator.

Secundum promissionem, haeres pertinet enim ad vos aetate ut Iudeos, haereditas benedictionis, ex promissione facta Abraham, cum per incorporationem pari jure pertinet ad semen illi promissum, quod est Christus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

nen, quia Christus, omnis benedictionis fons, factus est in cruce pro nobis maledictum, ut nos ab aeterna maledictione liberaret. Ut hanc ineffabilem Jesu Christi erga misericordiam aliquantibus intelligas et sensias, attende ad versus 13 et 14, ibique in commentario dicta serio perpende.

4^a Nota quod fides in Christum, seu Christianismus fuerit omnium seculorum. Vide v. 23. Hinc mira utriusque Testamenti convenientia, ibidem. Vetus fuit quam religiosis pueritâ, ibid. Hinc Christiani Iudeis multò felices, ibid. Quo modo suam in Deum gratitudinem debent testari, ibidem v. 25.

5^a Tuan, ô Christiane, dignitatem agnoscere ex versibus 26, 27 et 28. Hinc et debitum, seu obligationem agnoscere tuam Christum induit, Christus quodammodo factus es. Christum ergo interius et exterioris gero et exhibe; videatur et agnoscaratur in te Christus. Vide dicta ad versus 26, 27, 28.

4. Je dis de plus que tant que l'héritier est encore

est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium ;
2. Sed sub tutoribus et auctoribus est, usque ad
prefinitum tempus à patre.

3. Ita et nos cùm essemus parvuli, sub elementis
mundi eramus servientes :
4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Fi-
lium suum, factum ex muliere, factum sub lege,
5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut ado-
pionem filiorum recipiremuss.

6. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum
Filiū sibi in corda vestra, clamantem : Abba, Pater.

7. Itaque jam non est servus sed filius. Quod si
filius, et heres per Deum.

8. Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui na-
tura non sunt dit, serviebantur.

9. Nunc autem cùm cognoveritis Deum, inò co-
gniti sitis à Deo, quomodo convertimini iterum ad in-
firma et egena elementa, quibus deinceps servire vultis ?

10. Dies observatis, et menses, et tempora, et
annos.

11. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in
vobis.

12. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos, fratres,
obsecro vos ; nihil me lassistis.

13. Scitis autem quia per infirmatatem carnis evan-
gelizavi vobis jampidream ; et tentationem vestram in
carne mea

14. Non sprevisisti, neque respusisti ; sed sicut an-
gelm Dei excelsist me, sicut Christum Jesum.

15. Ubi est ergo beatitudine vestra ? testimonium
nim per hibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos
estros eruissestis, et dedicissetis mihi.

16. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens
obis ?

17. Admulerant vos non bene : sed excludere vos
volunt, ut illos xenomimini.

18. Bonum autem xenomimini in bono semper, et
non tantum cùm presens sum apud vos ;

19. Filioi mei, quos iterum parturio, donec for-
etur Christus in vobis,

20. Vellim autem esse apud vos modò, et mutare
vobis meam ; quoniam confundor in vobis.

21. Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non
egistis ?

22. Scriptum est enim, quoniam Abraham duos
filios habuit : unum de ancilla, et unum de liberâ.

23. Sed qui de ancilla, secundum carnem natu-
est ; qui autem de liberâ, per reprobationem :

24. Quae sunt per allegoriam dicta. Hac enim sunt
duo testamentâ ; unum quidem in monte Sina, in ser-
vitutem generans, quae est Agar ;

25. Sina enim mons est in Arabiâ, qui conjunctus
est ei que nunc est Jerusalem, et servit cum filiis
suis.

26. Illa autem quae sursum est Jerusalem, libera
est ; quae est mater nostra.

enfant, il n'est point différent d'un serviteur, quoi-
qu'il soit le maître de tout ;

2. Mais il est sous la puissance des tuteurs et des
curateurs jusqu'au temps marqué par son père.

3. Ainsi lorsque nous étions encore enfants, nous
étions assujettis aux premières et aux plus grossières
instructions que Dieu a données au monde.

4. Mais lorsque les temps ont été accomplis, Dieu a
envoyé son Fils formé d'une femme, et assujetti à
la loi.

5. Pour racheter ceux qui étaient sous la loi, et
pour nous faire recevoir l'adoption des enfants de
Dieu.

6. Et parce que vous êtes des enfants de Dieu, il a
envoyé dans vos cœurs l'Esprit de son Fils, qui vous
vous fait crier : Abba, mon Père.

7. Aucun de vous n'est donc plus serviteur, mais
enfant ; que s'il est enfant, il est aussi son héritier
par Jésus-Christ.

8. Autrefois, lorsque vous ne connaissiez point
Dieu, vous étiez assujettis à ceux qui par leur nature
ne sont point véritablement des dieux.

9. Mais à présent que vous connaissez Dieu, ou
plutôt que vous êtes connus de lui, comment retournez-
vous à ces observations légales, si défectueuses et si
impuissantes pour justifier, auxquelles vous
veulez le nouveau vous assujettir ?

10. Vous observez les jours et les mois, les saisons
et les années.

11. J'apprends pour vous que je n'ai peut-
être travaillé en vain parmi vous.

12. Soyez comme moi, mes frères, je vous en
conjure, parce que j'ai été comme vous. Vous ne
meavez jamais offensé en aucune chose.

13. Vous savez que je vous ai autrefois annoncé
l'Évangile parmi les persécutions et les afflictions de
la chair ;

14. Et que vous ne m'avez point méprisé ni rejeté,
à cause de ces épreuves que je souffrais dans ma
chair ; mais vous meavez rejet comme un ange de
Dieu, comme Jésus-Christ même.

15. Où est donc maintenant le honneur que vous
trouviez à m'avoir avec vous ? Car je puis vous ren-
dre ce témoignage, que vous étiez prêts, s'il eut été
possible, à vous arracher les yeux pour me les don-
ner.

16. Suis-je donc devenu votre ennemi, parce que
je vous ai dit la vérité ?

17. Ils s'attachent fortement à vous, non par le
mouvement d'une bonne affection, mais parce qu'ils
veulent vous séparer de nous, afin que vous vous at-
tachez fortement à eux.

18. Au reste, il est bon de s'attacher au bien en tout
tempo, et non pas seulement quand je suis présent
parmi vous ;

19. Mes petits enfants, pour qui je sens de nouveau
les douleurs de l'enfanterie, jusqu'à ce que Jésus-
Christ soit formé en vous ;

20. Je voudrais maintenant être avec vous pour
diversifier mes paroles selon vos besoins ; car je suis
en peine comment je dois vous parler.

21. Dites-moi, je vous prie, qui vous voilez être
sous la loi, n'avez-vous point lu la loi ?

22. Car il est écrit qu'Abraham eut deux fils, l'un
de la servante et l'autre de la femme libre.

23. Mais celui qui naquit de la servante naquit se-
lon la chair, et celui qui naquit de la femme libre na-
quit en vertu de la promesse.

24. Tout ceci est une allégorie ; car ces deux
femmes sont les deux alliances, dont la première,
qui a été établie sur le mont de Sina, et qui n'engendre
que des esclaves, est figurée par Agar ;

25. La Sina est une montagne d'Arabie qui repré-
sente la Jérusalem d'ici-hors, laquelle est esclave avec
ses enfants ;

26. Au lieu que la Jérusalem d'en haut est libre.
Et c'est elle qui est notre mère.

27. Scriptum est enim : Lætare, sternis, que non
paris; erume, et clama, que non parturis : quia
multi filii deserterunt, magis quam ejus que habet
virum.

28. Nos autem, fratres, secundum Isaac promis-
sionis filii sumus.

29. Sed quomodo tunc qui secundum carnem
natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiri-
tum, ita et nunc.

30. Sed quid dicit Scriptura ? Ejice ancillam et fi-
lium ejus; non enim haeres erit filius ancillæ cum filio
libere.

31. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed li-
bera, quæ libetate Christus nos liberavit.

ANALYSIS.

*In capite tertio, v. 7, 9 et 29, dixit quod populus fi-
des sit Abraham senem et promissionem harres.*

*¶ 11. Ob hanc vestram superstitionem timeo v.
et ne quod revero vobis accidat, obsecro vos, legalia
gligite, sicut et ego ea negligo, v. 12.*

*¶ 12. Ab hoc versiculo duodecimo usque ad versum vi
minus primum, mira charitatis arte demulces eos
prius vocabat insensatos. Ne putatis, inquit, me
vobis iratum. Nihil me privatum lassisti, inò me apud
predicantem, omnibus bonis, omnibusque affectis testi-
monis cumulasti ; me ut angelum, quid dico ? ut Christus
stylum ipsum recepisti.*

¶ 13. Audio dicere, me plus oculis vestris dilexi.

*¶ 14. An ergo quia vobis vera dico, idèo me patatis
vestrum iniustum ?*

*¶ 15. In iudaizantium zelotypiam reicit causam ei-
oris Galatarum, à quo ut eos reducat, v. 19, matrem
in illos teneritudinem exprimens : Vos, inquit, ierar-
chiaro, donec recta Christi fidès reparetur in vobis
Denique allegorîa durum uxorum et durorum Abraham
filiorum ostendit eis synagogam et Iudeos, per Agar
Ismaelum figuratos, ejectos esse à domo Abraham, et à
hæreditate exclusos, Christianos vero, per Isaac signifi-
catus, à servitute legis esse liberos et benedictionis ha-
redes.*

PARAPHRASIS.

1. Addo autem dictis supra, v. 24 et 29, quid
quandiu haeres infans est, nullù re differt à servo,
quam hereditatis jure sit bonus dominus ;

2. Sed sub tutoribus et procuratoribus est, quo-
rum arbitrio ipsi reguntur, et hereditaria ejus bona
administrantur ; donec adveniat tempus à patre in te-
stamento prescriptum, vel à jure definitum.

3. Ita et nos Judæi, cùm essemus heredes quidem
Abrahæ, sed parvuli, rudes, et imperfecti, tum intellectu,
tum affectu, et sicut pueri deo carnaliter
sapientes, serviebamus timore servilis, quo confinieba-
mus in officio, sub lege Mosaïca, que mundo data fuit
quasi alphabetum et prima vere pictatis elementa.

4. At postquam venit filius minoritas, et impletum
est tempus à Patre prefigurum ut heredita-
tem Abram promissa recipiremus, misit Deus in
terrâs unigenitum Filium suum, factum ex substanti-

tia mulieris, et de ipsâ natum, sponte sua legi Mo-
saice subditum,

5. Ut nos Judæos, legi subditos, ab obligatione e-
servitute legis redimeret ; et Judæos pariter et genti-
les, filii hominum, faceret Dei filios ; seu ut ade-
ptionem filiorum Dei, in Adamo perditam, et Abram
filis promissam, recipereverum.

6. Quoniam autem et vos, ô Galate, aquæ ac Ju-
dæi facti estis filii Dei : misit Deus in corda vestri
Spiritum sanctum, ut eodem, cum Christo, Spiritu
instruci et impulsi, amore filiali clametis ad Deum
Abba, Pater.

7. Itaque jam non est inter vos Galatas christians
quis servus, sed estis filii, et quidem majores et adul-
ti, et pleno jure heredes Dei, per Christum quem indu-
xit, et cujus Spiritus à Deo recepisti.

8. Tunc quidem, cùm infideles eratis et pagani,

ignorantes Deum verum, eternum, mundi opifitatem, celebatis idola, falsis quae deis, fictione scilicet hominum, non natura deis, serviebatis.

9. At nunc Christi beneficio Deum ut patrem cognoscentes, ino et ab ipso cogniti et approbati ut filii legiimi et charissimi, quomodo iterum representes converimini ad prima Iudaice infantiae elementa, quae justificandi vim non habent, utpote gratiae vacua?

10. Id tamen facitis, sabata, neomenias, tabernaculorum et precipitacionis diem, annum sabbaticum observantes, sicut observant Judei.

11. Ob hanc superstitionem vestram timeo vobis, seu propter vos, ne fortius irritus sit et iniurias labor quem in vos impendi; hoc ne fiat, legiia negligite, sicut ego ea negligo; licet olim ea sicut et vos ardentem zelatus sim; eadem mecum utinam liberate.

12. Fratres, obsecro vos, ne me creditatis vobis iratum: que durius dixi supra, ex amore dixi; nihil enim laesis, ob quod nunc vobis secundum durius agam quam antea.

13. Non solùm non laesis, sed et magnum exhibuis benevolentiam, licet enim vobis predican, vilis, abjectus, et miserabilis essem, et ob hoc potuisceis me contemnere et abominari, sicut contemni et respiui solent infelices et miseri.

14. Me tamen non modo non sprevis, neque respusis, sed e contra me sicut angelum Dei, ino sicut ipsum Jesum Christum suscepisti.

15. Ubi est ergo illa felicitas vestra ex meo apud vos adventu testis? Hoc enim de vobis possum perhibere testimonium, quoniam si id mihi prodesse potuisset, oculos vestros erubescet et mili dedisset, utpote vobis oculis clarior. Quò abit hic erga me uester amor? Unde iniunctio? Unde suspicio?

16. Ergone quia verum dico vobis, ideò putatis me vestrum inimicum? seu ideò creditis me inimico in vos animo?

17. Amuluntur vos novi doctores vestri, ambiunt vos et depereant, ut vobisque volunt amari, sed zelo non bono, nec ad bonum vestrum, nam excludere vos volunt à me, ut vos sibi servent, illisque agglutinemini, illus vicissim uniti et cum aliorum exclusione diligentes.

18. Volo autem vos exemplari, seu zelare doctores, et magistros vestros, sed in bono et ad bonum, idque non in presentia tantum, sed et in absentia.

19. Filiali moi, quos rursus eterno gesto, et pro quibus secundos in parte dolores patior, donec in vobis recta et sana fides Christi formetur,

20. Utinam forem apud vos, et viderem que sunt à vobis, ut, prout conveniret, sermonem meum vestris dispositionibus possem accommodare, quod abscons non possum.

Quia enim non video quomodo sitis affecti, hinc

hunc, hasito circa vos, nesciens quo sermonis genere debeam uti.

21. Respondete mihi vos, qui sub lege vultis esse: numquid ipsam audistis? Ipsi vos à se ad Christum amandat.

22. Ipsi enim vos docet quod Abraham duos filios habuerit, Ismaelem scilicet de Agar, que erat ancilla et secundaria uxor Abrahæ, et Isaacum de Sarâ, primaria uxore et dominâ.

23. Ismael ancille filius, naturaliter et secundum natura ordinem natus est ex matre juvencula et fœnunda; Isaac vero per supernaturalem Dei virtutem, ex Sarâ anu et sterili, iuxta Dei promissum, Genes. 17, 18.

24. Haec prater historicum sensum, alium eminentiorem continent, reique sunt typus et figura. Haec dute uxores, seu duo Abrahæ matrimonia figurabant duo testamenta, seu fœderia, quæ Deus fecit cum hominibus. Primum quidem in monte Sina, prolem generans in conditionem servilem, fuit figuratum per Agar;

25. Secunda enim mons est Arabia, qui terrenam representat Jerusalem, qua servit cum filiis suis sub iugo legis, ut infra v. 1, cap. 5, explicabitur.

26. Sara autem figura fuit Ecclesia, que celestis est Jerusalem; et haec libera est, et fecundissima, quippe quæ nos, tam ex Iudaïs quam ex gentibus conversos, peperit Deo; unde nostra mater est.

27. Hanc Ecclesiam, matris nostræ, fecunditatem prævidebat Isaías, feminam sterili et virum non habentem (Ecclesia nimis ex gentibus) plures filios promittens, quam ei quæ virum habet (Synagoge scilicet, quam in fecunditate superavit Ecclesia).

Prima allegoria applicatio.

28. Nos Christiani, instar Isae, sumus promissionis filii, seu sumus promissionis filii per Isaacum figurati.

Secunda.

29. Sed quemadmodum Ismael nature viribus et carnali generatione prægnatus, persecutatur tunc Isaacum, supernaturali Spiritus sancti virtute, ex singulari Dei promissione natum, ita et nunc Judei, per Ismaelem figurati, Christianos, per Isaacum figuratos, oderunt et persequeuntur.

Tertia et principalis applicatio.

30. Sed quid factum fuisse Scriptura testatur? Dei iussu ejecta est Agar ancilla cum Ismaele filio suo è domo Abrahæ, et Ismael non fuit particeps hereditatis Isaacum promisse: per quod significata fuit Synagoge et Iudeorum ejusdem è domo Christi et Dei, seu ex Ecclesiâ.

31. Meminerimus itaque, fratres, quod nos Christiani non sumus Synagoga filii, ritibus legi obligati sicut Judei, sed Ecclesia; non nostris meritis, sed Christi gratia, qui nos per passionem et mortem suam liberavit à iugo legis, quam abrogavit.

COMMENTARIA.

VERS. 1. DICO AUTEM... Redit ad id quod cap. 5, v. 24, incepit dicere, legem Mosaicam padagogum comparans, et populum Judiacum puerum, et se clarus explicat, quasi diceret: Hoc est quod dicere volui: Sicut quandoñ heres puer est,

Nihil differt a servo, quantum ad sui regimen, et quantum ad honorum suorum administrationem; sicut enim servus Domini regitur imperio, ita et hie heres infans regitur à tutoribus, quasi dominis; et sicut servus nihil habet proprium, ita et heres minor, licet si jure honorum dominus, revera tamen de nullo disponit, quasi nihil habeat.

VERS. 2. — SED SUB TUTORIBUS ET ACTORIBUS. Grac., auctor. Tutoris, patris defuncti vice funguntur. Actores, economi, seu procuratores, sub tutoribus res pupilli gerunt et administrantur.

USQUE AD PREFIMUM TEMPUS. Grac.: Usque ad præfinitionem patris, id est, usque ad tempus à patre in testamento definitum, vel à lege decreatum.

VERS. 3. — ITA ET NOS, Judei scilicet, heredes quidem Abrahæ, sed parvuli et minores. Judaismus fuit veer pietatis quasi minoritas et puerit.

CUM ESSEMUS PARVULI. Grac., infantes. Syr., pueri. Et cognitione: signa materialia tantum videntes, spiritualia per hanc significata non intelligentes; et affectu: temporalia tantum bona, legem servantibus promissa, diligentes, et deo carnaliter sapientes,

SUB ELEMENTIS MUNDI, id est, sub lege Mosaicâ, quæ Iudaïs, et per ipsos toti mundo, data fuit quasi prima pietatis elementa et veræ religiosis rudimenta,

ERAMUS SERVIENTES, id est, eramus illius legis ritibus, ceremoniis et præceptis serviliter subditi; metu pena, seu timore servi, signis adherentes, quasi res forent, ino nec signa esse scientes. Sicut pueri elementa discunt et elementorum seu litterarum conjunctionem, sed voces et sententias ex elementis confundunt non intelligent, donec ad scientias altiores perveniant.

VERS. 1. — Dico autem: Quanto tempore heres parvulus, et pueri rudes et imperfecti, tunc in cognitione, tum consequenter in amore Dei justitiae et salutis. Ita Anselmus. Sub elementis mundi eramus servientes, id est, sub litteris, et quasi alphabeto legis veteris, corporalia signa et carnales ceremonias Mosaike, legis sentantes. Videi autem potest Apostolum alludere ad pueros elementarios, qui serviliter compelluntur ad discere elementa, litteras scilicet ad rudimenta litteraturæ, nescientes quid ex iis sit preventurum utilitatem.

Vers. 4. — At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum: id est, ubi tempus impletum est niant, ad quas nisi per elementa non pervenitur, ita Iudei ceremoniarum elementa non intellexerunt; signis adhucserunt quasi rebus, et signa tantum esse nescierunt, donec ad Christum per hæc elementa, quasi elevamenta, pervenerunt, ait D. Anselmus.

Caveat Christianus ab ipso Christo eductus, ne si-

gnis et solis exterioribus nimis adhucereat; sed Spiritu, veritati, principalipter intendat, sciens quia Spir-

itus est Deus, et eos qui adorant eum, in Spiritu et veri-

tate oportet adorare, Joan., 4, 25.

VERS. 4. — AT UBI VENIT PLENITUDO, id est, finis

temporis à celesti Patre nostro præfiniti; seu ubi ef-

fluit nostra minoritatis tempus à Deo Patre nostro

præfixum, et advenit illud, quo statutum nō à condi-

tione servorum ad libertatem filiorum adulorum transfe-

re.

MISIT DEUS FILIUM SUUM. Grac.: Emisit, è suo sci-

licet sinu, in terras legavit unigenitum Filium suum, sibi consubstantialem. Non quid Dei Filius exerit è sinu

in terra, quia generatur ab eterno et quiescit in eterno;

non quid etiam in terris incepit esse, qui

sempiter est ubique; sed quia, Patre volente, factus

est homo, et humana carnis induitus, qui ab eterno

erat invisibilis. Visus est in terris, et eum hominibus

conversatus est. Itaque incarnatione Elii Dei fuit ejus à Patre missio, et ad homines delegatio.

FACTUM EX MULIERE.

Hujus missionis modus exprimitur. Non fuit crea-

tus ut Adam, sed factus est substantia beatæ Virginis,

per operationem sancti Spiritus, et ex ipsa natus; et

consequenter Filius Dei, factus est et filius hominis,

id est, Virginis.

FACTUM SUB LEGE, id est, legi Mosaicæ sponte sua

subditum; non de jure, erat enim Dominus legis et

sub sua legem; revera tamen voluit circumcidere, in tem-

polo presentari, redimiri, etc.

VERS. 5. — UT EOS QUI SUB LEGE ERANT... Missionis

illius finis exprimitur, scilicet ut nos Judges legi ob-

strictos, a legi obligatione redimeret, et à legi ma-

quod erat à Deo Patre preordinatum, liberarum à

servitio legis, et baredatam illius promissam acci-

pionem. Ad hoc enim eni⁹ Deus in terram Filium

nimis unigenitum, sibi consubstantialem.

Factum ex muliere. Significat Christum sine patris

semine conceputum et formatum ex sola matris sub-

stantia et purissimis sanguinibus.

Factum sub lege. Quia Christus licet erga etiam quā

homo, non esset subjectus, ut ipso persistens in per-

sona Filii Dei, qui legi iudicatur et conditor; tamen

cum sponte sui servari, sponte se circumcidere,

aliquæ ceremoniæ legi præceptis submisus ad sub-

iectum: factum ergo significat, non obligationem, sed

utrum; non jus, sed factum. Ita Anselmus.

Vers. 5. — UT eos qui sub lege erant, redimeret, id

est, dato pretio eximerat à servitute legis, suosque

fateretur.

Ut adoptionem filiorum recipieremus. Nota vocula-

m, q, d: Ideo Filium Dei factus est ex muliere filius

hominis, ut filius hominis faceret et adoptaret filios

Dei. Ideo, sicut Bernardus, Deus factus est homo, ut

homo fieret Deus. Hac adoptio fit per gratiam, quia

non tantum ius ad hereditatem Dei Patris, sed et na-

turæ divine participationem, ipsiusque Spiritum san-

Iudicio ob legem violatam incurso, ut cap. 5, v. 15. Pater est sub lege; non ut ab ea exparetur, sed ut eos qui sub illa erant pressi et rei liberaret, S. Anselmus.

UT ADOPTIONEM FILIORUM RECIPEREMUS, id est, ut nos, tam Iudei quam gentiles, in eo et per eum, recipere mus adoptionem filiorum in Adamo perditam et Abraham filii promissa.

Observatio moralis.

Adora hic, ô fidelis, quisquis es, divine dispensationis economiam. Adamus creatus est Dei filius, at hanc divinam filiationem peccato sub sibi perdidit et suis filiis, qui ex tunc naturâ filii ire. Abraham et semini ejus promissa est huius divinae filiationis reparatio: *Benedicentur in te omnes gentes.* Per Iesum Christum, Filium Dei, et Filium Abrahæ, omnibus credentibus est restituta. Filius Dei factus est filius Abrahæ, ut filios Adæ faceret filios Dei. Hinc adora humilis et gratus economiam; hunc immensum Dei in te amorem recole stupens et ammiratus: *Sie Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, etc.* Quis ego! et quis Filius tuus, ô Deus tuus? Filius ergo Dei factus est ex misericordia filius hominis, ut filios hominum faceret filios Dei, intellige filios majores et adulos.

Observatio litteralis.

Hic est comparatio ab initio capituli incepit finis et applicatio, quasi dicaret Apostolus: Et per hanc adoptionem perfectam filiorum, *videz, à statu minoritatis et à conditione servorum translati sumus ad libertatem fidei et filiatione divina, facti sumus majores, liberi, nostri iuri. Ante incarnationem justi quidem erant filii Dei, sed minores, quasi servi, sub lege, quasi sub pedagogo; timore penas servientes Deo, carentes adoptionis fructu, nequam valentes caelestem Patris aeterni hereditatem possidere.* Clausum erat tunc celum, et à Christo solo poterat aperiri. Post incarnationem facti sumus majores, adulos, liberi, amore filiali, et codem quo Christus ipse spiritu Deo servientes; divina filiationis iure fruentes, divina hereditatis capaces.

Hic igitur desinit incepcta ab initio capituli comparatio. In sequentibus autem Paulus suum ex dictis probat intentum; et Galatas altoquens, applicat eis iam dicta.

VERS. 6. — QUONIAM AUTEM ESTIS, VOS SCILICET, GALATAS GENTILES, SICUT ET NOS IUDÆI, PER FIDEM, SEU PER BAPTISMUM,

cum, ac Dei filiationem nanciscimur.

Vers. 6. — *Quoniam autem estis filii, etc.* Cum dicat, *Spiritus Filii sui*, significat Spiritum sanctum, non à Patre solo, sed etiam a Filio procedere. Non enim Spiritus Filii dei potest nisi spirantis, et ut theologi loquuntur, *principiantis*. Appositi verò Filii nascitur, sed invenit, ut filiorum adoptionem in naturalem Dei Filium referret; q. d.: *Quia estis filii Dei, Deus misit Spiritum suum, non qui filios vos faciat, sed qui vos Jam factos doceat clamare: Abba, Pater.* Clamatorem, hoc est, clamare (id est, magna pte mentis devotione precari) facientem, ut

Filiu Dei, majores et adulos, licet non fuerint sub lege minores et pueri,

MISIT DEUS SPIRITUM FILII SUI, id est, Spiritum sanctum, qui modò Patris, modò Filii dicitur Spiritus, quia ab utroque procedit; sed hic speciatim dicitur Spiritus Filii, quia Galatæ probat Apostolus eos esse Dei filios, tum quia Filium Dei induerunt in baptismo, cap. 5, v. 27, tum quia Spiritum Filii Dei receperunt.

IN CORDA VESTRA, id est, in animas vestras, quibus per gratiam sanctificantem unitur Spiritus sanctificationis;

CLAMANTEM: *Abba, Pater;* id est, facientem clamare, seu ut codem Spiritu, qui Christus ipse, affectu minimi filiali, ad Deum, velut Patrem charissimum, recurrit in oratione, eique dicatis: *Abba, Pater. Pater noster qui es in celis, etc.* *Abba, Hebreæ et Syriæ, idem ac pater.* Sed ultraque vox jungitur, tum ut significetur quod idem sit Iudæorum et gentilium pater, tum ut Spiritus orantis fervor exprimatur, tum ut notabilis affectus filiorum patrem tenerè anuntiatur, et ei in oratione quas blandientur. *Abba, Pater.* Vide dicta Rom. 8, 15.

Observationes morales.

Hinc disce primum quo spiritu debitas orare; Spiritu Filii Dei, codem quo Christus ipse orabat et orat, affectu filiali, reverentiali, at fiducia plena. Oratur ergo unire Christo, ora Spiritu Christi, corde Christi, in ipso, cum ipso, et per ipsum oratur. Christum orantem et in oratione pernoctantem tu tibi exhibe, dicque sicut ipse in horto: *Abba, Pater.*

Hinc disce secundum quanto sit in nos gentiles Dei gratia, quia statim facti sumus filii Dei et quidem majores, absque minoritatis statu. Quam gratiam ut melius intelligentes et plenius recolas, nota triplicem religionis statum. Pueritiam, in Iudeis; juvenitatem, in Christianis viatoribus; consummatum perfectionis, in beatis. Eadem ubique religio, incipiens, perfecta, perfectissima. Medium tenemus inter Iudeos et beatos; at cum hoc privilegio quod sine pueritia, nati, seu potius renati sumus filii Dei majores, et hinc Spiritus sanctus nobis statim est datum, Spiritus Filii Dei. Ob hanc gratiam ineffabilem, Deum, ut patrem, adora, ama, lauda, benedic, idque omne in Spiritu Filii Dei.

VERS. 7. — ITAQUE JAM NON EST SERVUS. GRÆC.: *Itaque non amplius es servus, subaudi, ô Galata, SYR.: Itaque servi non esis, sed filii.*

scilicet devotus, ardenter et fidenter, filiali affectu inveniens Deum Patrem. Hic enim est non tam oris quam mentis clamor, de quo Dominus ad Moysem habet silentem: *Quid, inquit, clamans ad me?* Exod. 15. Ita Theodoretus, Anselmus, et alii.

Vers. 7. — *Itaque jam non est servus, sed filius est.* Tu ergo, inquit, quisquis es, qui per Spiritum Filii Dei clamans ad Deum: *Abba, Pater*, non amplius jam servus es, ab hereditate alienus; sed vel ipsius Spiritus sancti testimonio, filius.

Quod si filius, et heres per Deum; GRÆC ET SYRIACÉ: Heres Dei per Christum; idque plenius est. Per Chri-

In versiculo praecedenti duo dixit Apostolus, et quod Galate sunt filii Dei, et quod, quia filii, Spiritum sanctum, spiritum adoptionis receperunt. Est autem demonstratio cui contradici non potest. Videbant enim miracula que fiebant per divinum Spiritum, Theodoretus. Et hinc concludit: Itaque inter vos, ô Galatæ christiani, non est quis servus, sed estis filii Dei, majores, adulos, liberi; quippe in baptismo Christum Filium Dei induitis, cap. 5, v. 27, et Spiritum Filii, spiritum adoptionis recepistis in cordibus vestris.

QUOD SI FILIOS, ET HERES PER DEUM. GRÆC.: *Quod si filios, et heres Dei per Christum. SYR.: Quod si filii, et heredes Dei per Jesum Christum.* Altera conclusio sequens ex primâ. Quod si filii Dei majores et adulos; ergo et pleno jure heredes Dei, per Iesum Christum, quem induistis et cuius Spiritum, tanquam hereditatis partem et arribacionem, recepistis. *Qui est pugnus hereditatis nostra?* Ephes. 1, 14.

Patres-familias satis sciep filii suis, adulos, majoribus, sapientibus et sibi subditis, aliquam hereditatis partem donant dispensandam. Ita Pater coelestis suis in Christo filius Spiritum sanctum donat, quasi partem et arribam aeternæ hereditatis. Deus ipse, totus in patria possidens, est aeterna hereditatis nostra; Spiritus sanctus in nostris cordibus infunditur, velut bonus eternæ et divinae hereditatis pars et arribus. Praeter citatum Eph. 1, 22, et 3, v. 5.

Observatio moralis.

Agnosc ergo hic, ô Christiane, nobilitatem et facilitatem tuam! Filius es Dei vivi, quippe qui Iesum Christum, consubstantialem Dei vivi filii, in baptismo induisti. Filius es Dei vivi, quippe qui Spiritum Filii Dei vivi in corde tuo receperisti, in baptismo, in confirmatione, etc.; quid nobilius! sed quid felicior! Qui enim filius es Dei, hinc et es heres Dei in Christo et cum Christo cui unitus es et quem induisti. Sed heres maior, adulos, liberi, tuo iam jure fruens, hereditatis tue partem jam possidentes, per Spiritum sanctum, tibi infusum et velut pugnus datum. Tanta ergo dignitate nobilitatis, cave ne sis unquam degener; qui filius es Dei, vive digno Deo: amantissimum patrem amem semper, et amore filiali que placita sunt ei, sicut et Christus, fac jugiter. Quia heres Dei, et hereditatis aeternæ pignore donatus, haec temporalia, transitoria sperne, ad aeternam hereditatem tuam plenâ et integrâ possidendum aspira continui. *Abba Pater*, quando te videbo? quando te fruens? quando te fruens tecum unus ero?

stum enim, cui inserti sumus, hereditatis aeterna Dei et omnia bona obvenientia nobis à Deo, Deinde gratia et misericordia.

Vers. 8. — *Sed tunc quidem, cum infideles et pagani essent, ignorantes Deum; iis qui naturâ non sunt, sed fictione falsa opione hominum, puta idolis, serviebant, id est, colebant ea latrâ et sacrificiis.*

Vers. 9. — *Nunc autem cum cognoveritis Deum, etc., o. c.* Cùm edoceti sitis ab ipso Deo, qui interior per

Positâ Dei gratia in Galatas, hinc inferit et eis ostendit quā sit absurdum illos à Christianismo, seu à statu majoritatis, ad Iudaismum, seu ad minoritatem reverti. Et ut eos iudicantes pingat acrius, primò excusat quodam modo illorum idolatriam: *Tunc, id est, tempore ante vestram vocacionem ad Christi item elapsu; Ignorantes Deum, id est, cùm verum Deum non cognosceretis.*

SERVIEBANT, scilicet per idolatriam, his q̄c... falsâ et stolidâ tantum hominum opinione sunt dī. Culpan reicit in ignorantiam, quasi diceret: Nesciebatis quid facebatis.

